Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

grando & carbones ignis: ⁊
Et misit sagittas suas & dissipauit eos. fulgura multiplicauit & conturbauit eos ⁊
Et apparuerunt fontes aquarum. & reuelata sunt fundamenta orbis terrarum: ⁊
Ab increpatione tua dne. ab inspiratione spiritu tuae ⁊
Misit de summo & accepit me. assumpsit me de aquis multis ⁊
Eripuit me de inimicis meis fortissimis. & ab his qui oderunt me. quoniam confortati sunt super me ⁊
Preuenerunt me in die afflictionis mee. & factus est dns protector meus ⁊
Et eduxit me in latitudinem. saluum

Fontes apostolos dicit. qui aquae id est praedicamenta aeternae uitae ore fundebant ⁊ fundamenta prophetas atq. apostolos dicit esse manifestos. supra quos orbis terrarum. id est ecclesiae aedificatio constructa est ⁊

Vox ecclesiae. Misit itaq. pater de summo. id est filium de caelo et accepit ecclesiam ac sibi coniunxit ⁊ Assumpsit ecclesiam de aquis. quando in baptismatis regenerationem eam conquirit ⁊

Praeuenerunt pseudo apostoli. praedicatores xpi conantes subuertere corda simplicium. in die afflictionis. quando martyria xpiani sustinuerunt. Tunc ds protector quando humanam carnem assumpsit ⁊

Sagittae euangelistas dicit recta itinera transuolantes. eos dissipauit. ad quos missi sunt. id est separauit. fideles recipiendo. impios abiciendo ⁊ fulgura multiplicauit. hoc est miracula multa fecit ⁊ Conturbauit. quia per miracula apostolorum compuncti sunt ad paenitentiam ⁊

Ab increpatione cum diceret nisi uos liberauerit moriemini in peccatis uestris ⁊ Spiritu irae tuae. praedicatores dicit. qui a spiritu sancto inspirati delinquentes populos increpabant ⁊

Fortissimos inimicos persecutores et hereticos dicit qui sanctam ecclesiam semper affligebant. et ideo se magis dicit eripuit. quia inimici confortati sunt supra ipsam ⁊ Tunc enim crescere meruit. cum eam inimicus afflixit ⁊

Producta est ecclesia in latitudinem. quando persecutionem persecutorum numerus constat creuisse fidelium ⁊ quem uoluit. id est me elegit. qui